


LIDOVÁ A POZDNÍ LATINA – TEXTY

POMPEJSKÉ NÁPISY

CIL IV 1173

QUISQUIS AMA VALIA, PERIA QUI NOSCI AMARE
BIS ANTI PERIA QUISQUIS AMARE VOTA

CIL IV 3494



EXSI – NON TRIA DUAS EST

NOXSI AME TRIA ECO FUI – ORO TE FELLATOR ECO FUI

ITIS FORAS RIXSATIS

CIL IV 8162

HIC FIUMUS CARI DUO NOS SINE FINE SODALES NOMINA SI [QUAERIS CAIUS ET
AULUS ERANT]

APPENDIX PROBI

speculum *non* speclum

nunquam *non* numqua

auris *non* oricla

mensa *non* mesa

vinea *non* vinia

amfora *non* ampورا

ITINERARIUM EGERIAE

hrob sv. Tomáše (17/1)

Item in nomine Dei, transacto aliquanto tempore, cum iam tres anni pleni essent, a quo in Ierusalimam uenisse, uisis etiam omnibus locis sanctis, ad quos orationis gratia me tenderam, et ideo iam reuertendi ad patriam animus esset: uolui iubente Deo, ut et ad Mesopotamiam Syriae accedere ad uisendos sanctos monachos, qui ibi plurimi et tam eximiae uitae esse dicebantur, ut uix referri possit; nec non etiam et gratia orationis ad martyrium sancti Thomae apostoli, ubi corpus illius integrum positum est, id est apud Edessam, quem se illuc missurum, posteaquam in caelis ascendisset, Deus noster Iesus testatus est per epistolam cum grandi reuerentia apud Edessam ciuitatem, ubi est ipsud martyrium, custoditur.

chrámy na Golgotě (25/8-10)

At ubi autem resumpserit se populus, hora incipiente secunda colligent se omnes in ecclesia maiore, quae est in Golghota. Qui autem ornatus illa die ecclesiae uel Anastasis aut Crucis aut in Bethleem, superfluum fuit scribi. Ubi extra aurum et gemmas aut sirico nichil aliud uides; nam et si uela uides, auroclaua oleserica sunt, si cortinas uides, similiter auroclauae olesericae sunt. Ministreium autem omne genus aureum gemmatum profectur illa die. Numerus autem uel ponderatio de ceriofalis uel cicindelis aut lucernis uel diverso ministerio nunquid uel extimari aut scribi potest?

Nam quid dicam de ornatu fabricae ipsius, quam Constantinus suo presentia matris suae, in quantum uires regni sui habui, honorauit, auro, musiuo et marmore pretioso, tam ecclesiam maiorem quam Anastasim uel ad Crucem uel cetera loca sancta in Ierusalima?

Sed ut redeamus ad rem, fit ergo prima die missa in ecclesia maiore, quae est in Golgotha. Et quoniam dum predicant, uel legent singulas lectiones uel dicunt ymnos, omnia tamen apta ipsi diei, et inde postmodum cum missa ecclesiae facta fuerit, hitur cum ymnis ad Anastasim iuxta consuetudinem: ac sic fit missa fortisan sexta hora.

pŭst (28/1-4)

ieiuniorum enim consuetudo hic talis est in quadragesimis, ut alii quemadmodum manducauerint dominica die post missa, id est hora quinta aut sexta, iam non manducant per tota septimana nisi sabbato ueniente post missa Anastasis, hi qui faciunt ebdomadas.

...

Nemo autem exigit, quantum debeat facere, sed unusquisque ut potest id facit; nec ille laudatur, qui satis fecerit, nec ille vituperatur, qui minus. Talis est enim hic consuetudo. Esca autem eorum quadragesimarum diebus haec est, ut nec panem quidem libari non potest, nec oleum gustent, nec aliquid, quod de arboribus est, sed tantum aqua et sorbitione modica de farina.